



Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE SVMMO PON=||TIFICE,|| QVINQVE LIRBRIS|| EXPLICATA.||

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

Ingolstadii, [1599]

VD16 B 1607

II. Proponitur quæstio, Sitne certum Papæ iudicium?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53860](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-53860)

zimum Synodalia decreta perlata; quibus probatis pertinet mundum hæresis Pelagiana damnata est. Hæc ille. Non tertiudicium ultimum vniuersus mundus alibi quam in tentia Romani Pontificis agnoscit.

S. GREGORIUS, qui omnium iudicio humillimus, neque sibi aliquid unquam præter æquum arrogauit, iustola ad omnes Episcopos Galliæ, quæ est scilicet lib. 4. ita loquitur: *Si quam vero contentionem, quod longe faciat diuinatentia, de fidei causa evenire contigerit, aut negotium miscerit, cuius vehemens sit fortasse dubietas, & pro sui magistrine iudicio sedis Apostolica indigeat: examinata diligenter veritate, relatione sua ad nostram studeat perducere nomen: quatenus à nobis Valeat congrua sine dubio sententia terminari. Quod idem & ante Gregorium, & post Gregorium disertis verbis asseruerunt sanctissimi Pontifices, nec non quod ea re ab ullo reprehensos eos fuisse legimus. Vide Innocentium I. in epist. ad Concilium Carthaginense, Leonem in epist. ad Anastasium Thessalonicensem, Gelasium I. in epistola ad Episcopos Dardaniæ, Nicolaum I. in epistola ad Michaeli Imperatorem, & Innocentium III. in epistola ad Antonem Episcopum. vnde exstat caput Maiores, extra definitismo, & eius effectu.*

CAPUT II.

Proponitur quæstio, si ne certum Papa iudicium.

Vtitigur iam ad questionem secundam veniam, sciendum est initio, Pontificem quatuor modis posse considerari. **V**no modo, ut est persona quædam particularis, sive Doctor particularis. **C**ynodo, ut Pontifex, sed solus. **T**ertio, ut Pontifex, sed adiuncto cœtu solito consiliariorum. **Q**uarto, ut Pontifex, sed una cum Concilio generali.

Secundo obseruandum est, posse duo queri de Pontifice, omnibus quatuor modis considerato, quando queritur an possit errare. **P**rimo, an ipse possit esse hæreticus. **S**econdo, an possit hæresim docere. Denique annotandum est **T**ertio,

TERTIO, sententias & decreta Pontificum interdum versari in rebus vniuersalibus, quæ toti Ecclesiæ proponuntur, quælia sunt decreta de fide, & præcepta morum generalia; interdum in rebus particularibus, quæ ad paucos pertinent, quales ferè sunt omnes controuersiæ facti, ut an talis sit promouendus ad Episcopatum, an iure fuerit promotus, an videatur deponendus.

His notatis, conueniunt omnes Catholici, & hæretici in duobus. **PRIMO**, posse Pontificem etiam, vt Pontificem, & cum suo cœtu consiliariorum, vel cum generali Concilio, errare in controuersiis facti particularibus, quæ ex informatio-
ne testimonisque hominum præcipue pendent. **SECUNDO**, posse Pontificem, vt priuatum Doctorem errare, etiam in quæstionibus iuris vniuersalibus tam fidei, quam morum; id-
que ex ignorantia, ut aliis Doctoribus interdum accidit.

Deinde, Catholici omnes in aliis duobus conueniunt, non quidem cum hæreticis, sed solum inter se. **PRIMO**, Pontificem cum generali Concilio non posse errare in condendis fi-
dei decretis, vel generalibus præceptis morum. **SECUNDO**, Pontificem solum, vel cum suo particulari Concilio aliquid in re dubia statuentem siue errare possit, siue non, esse ab om-
nibus fidelibus obedienter audiendum.

Quibus ita constitutis, quatuor tantum remanent diuer-
sa sententiæ. **PRIMA** est, Pontificem etiam vt Pontificem,
etiam si cum generali Concilio definiret aliquid, posse esse
hæreticum in se, & docere alios hæresim, & de facto aliquan-
do ita accidisse. Hæc est hæreticorum omnium huius tempo-
ris, & præcipue **LUTHERI**, qui in libro de Conciliis nota-
uit errores eorum etiam Conciliorum generalium quæ sum-
mus Pontifex approbavit; & **CALVINI** qui lib. 4. Institut.
cap. 7. §. 28. asserit, aliquando Pontificem cum toto Cardina-
lium collegio manifestissimam hæresim docuisse, nimirum
animam hominis cum corpore extingui. **quod tamen mani-
festum mendacium esse**, postea ostendemus. Deinde in eo-
dem libro cap. 9. §. 9. docet, etiam cum generali Concilio, Pa-
pam errare posse.

SECUNDA sententia est, Pontificem etiam, vt Pontificem,
posse esse hæreticum, & docere hæresim, si absque generali
Concilio definiat, & de facto aliquando accidisse. Hanc op-
inionem

¹¹Jacobus

nionem sequitur, & tuetur Nilus in suo libro aduersus pri-
tum Papæ: eandem sequuntur aliquot Parisiensis, vi Ge-
son, & Almain in libris de potestate Ecclesie, uencon Alpho-
sus de Castro lib. I. cap. 2. contra hæreses, & Adrianus VI. cap.
in quæstione de confirmatione; qui omnes non in Pontifici
sed in Ecclesia sive in Concilio generali tantum, confirmant
infallibilitatem iudicij de rebus fidei.

TERTIA sententia est in alio extremo, Pontificem non
Posse vlo modo esse hæreticum, nec docere publicè hæretum,
etiam si solus rem aliquam definit. Ita ~~Albertus Pighius~~ lib.
hierarch. Eccles. cap. 8.

QUARTA sententia est quodammodo in medio, Pon-
ticem sive hæreticus esse possit, sive non, non posse vlo modo
definire aliquid hæreticum, à tota Ecclesia credendum. hoc
est communissima sententia ferè omnium Catholicorum.
B. Thomæ 2. 2. quæst. 1. art. 10. Thomæ Waldensis lib. 2. de
fidei, cap. 47. & 48. Ioannis de Turrecremata lib. 2. summa,
cap. 109. & seq. Ioannis Driedonis lib. 4. de Ecclesiast. dogm.
cap. 3. part. 3. Gaietani in opusculo de potestate Papæ & Con-
ciliij, cap. 9. Hosij lib. 2. contra Brentium, qui est de legiatis
iudicibus; Ioannis Eckij lib. 1. de primatu Petri, cap. 18. Ioan-
nis à Louanio lib. de perpetua cathedra Petri protetimus &
firmitate, cap. 11. Petri à Soto in Apologia sua, par. 1. cap. 34.
& 85. & Melchioris Cani lib. 6. cap. 7. de locis.

Videntur quidem hi auctores aliquo modo inter se differ-
ire: quia quidam eorum dicunt, Pontificem non posse errare
si maturè procedat & consilium audiat aliorum Pastorum, a-
lij dicunt, Pontificem etiam solum nullo modo errare posse,
sed reuera non dissident inter se. Nam posteriores non volunt
negare, quin teneatur Pontifex maturè procedere & confide-
re viros doctos, sed solum dicere volunt, ipsam infallibilitatem
non esse in cœtu consiliariorum vel in Concilio Episco-
porum, sed in solo Pontifice: sicut è contratio priores non vo-
lunt ponere infallibilitatem in consiliariis, sed in solo Ponti-
fice. verum explicare volunt Pontificem debere facere quod
in se est, consulendo viros doctos, & peritos rei de qua agitur.
Si quis autem peteret, an Pontifex erraret, si temerè definire?
sine dubio prædicti auctores omnes responderent, non posse
fieri ut Pontifex temerè definit. qui enim promisit finem, si-

ne dubio promisit & media , quæ ad eum finem obtinendum necessaria sunt . Parum autem prodest scire , Pontificem non erraturum quando non temerè definit , nisi etiam sciremus non permisuram Dei prouidentiam , ut ille temerè definiat .

Ex his quatuor sententiis prima est hæretica ; secunda non est propriè hæretica : nam adhuc videmus ab Ecclesia tolerari , qui illam sententiam sequuntur ; tamen videtur omnino erronea & hæresi proxima ; tertia probabilis est , non tamen certa ; quarta certissima est & asserenda . ac ut ea facilius intellegi & confirmari possit , statuemus aliquot propositiones .

CAPVT III.

Statuitur prima propositio de infallibili iudicio summi Pontificis.

Si igitur propositio prima . *Summus Pontifex cum totam Ecclesiam docet , in his quæ ad fidem pertinent , nullo casu errare potest .* Hæc est contra primam & secundam opinionem pro quarta . & probatur PRIMO ex promissione illa Domini Luc. 22 . *Simon , Simon (sic enim habetur in Græco) ecce Satan as expeririuit vos ut cri- braret sicut triticum , ego autem rogaui pro te , ut non deficiat fides tua , Et tu aliquid conuersus , confirma fratres tuos .* Qui locus trib⁹ modis exponi solet . Prima expositio est quorundam Parisiensium suprà citatorum , quod Dominus h̄ic orauerit pro Ecclesia vniuersali ; siue pro Petro , ut totius Ecclesiæ figuram gerebat ; & hoc impetrasse , ut fides Ecclesiæ Catholicæ nunquam deficiat . quæ expositio si ita intelligeretur , vt diceret immediate oratum esse pro capite Ecclesiæ , & consequenter pro toto corpore , quod per caput repræsentatur , vera esset ; sed non ita ipsi intelligunt . Volunt enim pro sola Ecclesia esse oratum .

Quæ expositio falsa est , PRIMO , quia Dominus vnam tantum personam designauit , dicēs bis ; *Simon , Simon , & addens toties pronomen secundę personę , pro te , fides tua , Et tu , fratre tuos .* Quorsum enim hæc ? nisi ut intelligamus aliquid speciale Petro à Christo esse impetratum . SECUNDO , quia Dominus cœperat loqui in plurali , *Satan experiri ut cri- braret*